ad peccatum attraxerunt. impedierunt a bono verbis, moribus et exemplis, occasionem ruine uel scandali prebuerunt. pacem eorum et cordis sabbatum turbauerunt. denique creatorum eorum et dominum offenderunt. Item testificabuntur contra ipsos specialiter omnes sancti quosque piuarerunt nomina. fregerunt vota. violauerunt festa. pphanauerunt impie. loca sancta blasphemis et nephandis operibus impugnauerunt. Itē contra ipsos testificabuntur etiam demones qui eorum scelera viderunt quorum persuasionibus acquieuerunt: et postulatis adheserunt. Itē testificabuntur contra ipsos angeli sancti quosque custodia præcauerunt. quosque doctrinam, monitiones, et postulatim, necnon et intercessiones, auxilia et reprehensiones et omne caritatiū ministerium petiverunt. Vnde ait origenes. Unusquisque angelorum in extremo iudicio aderit. producens illos quibus perfuncti. quos adiuuit. quos instruxit per quibus spiritu facie patris vidit. Vnde tot testibus et tantis multiplicatis contra miseros omni fide dignissimis et omni exceptione maioribus non habebit eorum aliquis quod valeat at mindere. sed dicere potest illud iob. x. Instauras testes tuos contra me. Sed quod erit maius? et genitus vniuersitatem conscientia testificabitur: et clamabit protra ipsius. sicut ait apostolus ro. ii. Testimonium illis phibentem conscientiam ipsorum cogitationum aut etiam defendentium in die cum iudicabit dominus occulta hominum. Unusquisque enim liberum damnationis sue portabit: et aptum coram oibus demonstrabit quod oibus aliis evidenter et irrefragabilior testis erit cunctis quod et ipso iudice tacetibus. i. si tacerent quoniam si per ipso testimonium phibere possent et vellent ipsum impium nihilominus condemnabitur. De libris homini dicitur dominus. vii. Iudicium cedit et libri aperti sunt. Et apocalypsis. xx. Vidi mortuos magnos et pusillos stantes ante thronum et libri aperti sunt: et alius liber apertus qui est liber vite et iudicati sunt mortui ex his quod scripta sunt in libris secundum opera ipsorum. Postremum ad cumulum damnationis ipsorum: contra eos testificabitur ex abundanti etiam ipse iudex sicut ipse dicit per prophetam hieremie. xxix Ego sum iudex et testis dicit dominus. Vnde etiam egregie ait prosper libro de vita contemplativa. Cum ad illud ultimum iudicium venerimus: ab eo iudicandi qui nec

Tertia pars.

occultatione criminū falli potest: nec ad impunitatē puidē-dam muneris alicuius oblatōne corrupti. cū ceperint oīm secreta reuelari. et n̄ solus actus vel verba sed etiā cogitatio-nes ostendi. Quid faciemus sub tanti iudicis maiestate? qd excusationis ostendere poterimus? qua nos defensionis arte purgabimus? que nobis subuentura penitentia quā gestare carne contempsimus? que nobis defensura sunt opera bona que in hac vita non fecimus? ad quos apostolos ibimus? ad quos alios sanctos p̄fugituri sumus? quoꝝ exempla simul & verba contempsimus. An forte aliquos fragilitas corporis excusabit: sed excusationē eoꝝ reclamabunt omnia exem-pla sanctor̄ qui fragilitatē carnis vincētes/ quod fecerūt vti q̄ posse fieri docuerunt. maxime quia nec ip̄i peccato suavitute: sed dei miserantis auxilio restiterūt. qbus se non qren-tibus ut queraſ atq; ut eū credas ostendit: et in se credentes ne a peccato vincant: iniuncta ptectione defendit. Quid ergo respōluri sunt impii si eis dominus dicat: si potuistis cur nō restitistis desideriis peccator̄. si nō potuistis quare meū cōtra peccata non quesistis auxiliū. aut vulnerati quare nō adhibuistis vulnerivestro remediu? Nūquid ad hec obmutescē-tibus et quid excusatiōis referant non habentibus? Dicit li-gate eos manibus et pedibus et mittite in tenebras exterio-res: ibi erit fletus et stridor dentiū. Ideo sicut ait gregor. in morali. Iusti hanc ignominiam euadere cupiētes/ et examē istud districtissimū puenire volentes: iudiciū suū quotidie i-trorsus agunt: quid deo quid pximo debeant sollerter inspi-ciūt atq; ad agēda bona se vehementē accendūt: et de ppetra-tis malis districte redarguūt. Vñ bñ dicis puer. xii. Cogita-tiones iustor̄ iudicia. vbi quippe debetnūscuiusq; mens & causas suas apud dñm: et causas dñi p̄tra se sollicita inq̄sito-ne discutere. debet caute pensare vel q̄ bona a deo pcepit v̄l que mala bonis illius peruerseviendo rependit. quod electi quotidie facere nō cessant. Accedunt enī ad secretariū iudi-cis intra sinū cordis. p̄siderant q̄districte qn̄q; feriat qui diu-patient exspectat. metuunt in his q̄ se egisse meminerūt. et puniunt flendo q̄ se mala perpetrasse intelligunt. Timent

dei subtilia iudicia/etiam de his quod in semetipsis fortassis intel
ligere non potest vident enim in dei divinitate quod ipsi per humanitatem
non vident. Considerat districtum iudicem qui quo tardius venit
et seuerius percutit. Sanctorum etenim patrum querentum: cum eo pariter
et templans eorumque uel exempla uel dicta se precepisse reprehendunt.
Atque in hoc secreto interioris iudicis ipsa mentis sue
discussione stricti penitendo ferunt quod superbiam commiserunt.
Ibi namque aduersus se quicunque in se impugnat enumerantur. Ibi ante
oculos suos omnes quod deflebat coaceruntur. Ibi quicquid per iram
districti iudicis ferri uel infligi possit intuentur. Ibi tot patrum
supplicia quot pati timeantur. nec deest in hoc iudicio metus
cepto omne mysterium quod punire reos suos plenus debeant.
Nam conscientia accusat. ro iudicat. timor ligat. dolor cruci
atque iudicium eo certius punit quo interius levit. quia videli
cet ab exterioribus non accedit. Nunquaque enim cum causa hu
ius examinis contra se aggredi cuperit: ipse est actor qui ex
hibet. ipse reus qui exhibet. odit se quale fuisse se meminit. et
ipse est qui semetipsu insequitur illum qui fuit. Quia ergo nunc
in potestate est internum metus nostre protra nos subire iudicium
recognoscendo accusemus nosmetipso quales fuimus/tor
quendo prius non cessemus dum licet iudicare quod fecimus
quia sicut dicit apostolus. i. ad cor. xi. Si nosmetipso iudicare
mus non vestigium iudicaremur. Reprobatur namque proprium esse solet
pro praece agere et nunquam que egerunt retractare. omnes enim quod fa
ciunt ceca mente pertransiunt: statimque suum nisi cum puniti fuerint
non cognoscunt. At protra electorum est actus suos ab ipso cogi
tationis fonte discutere: et omne quod turbidum perferunt excitare
Hec greg. 16. vii. Quarto erit ibi ab ipso iudice discepta
tio. non lollum enim erit ibi occulorum perscrutatio. perscrutatorum pu
blicatio. publicatorum attestatio. quorum pretium erit graue. secundum
dum grauius. tertium grauissimum. quinimum ad desolatores et mi
serie eorum cumulum fiet eis obiurgatio ab ore ipsius iudicis quod
erit ineffabiliter supergrauiissimum. Iolelis. iii. Cogregabo omnes ge
tes et ducam eas in valle iosephath et disceptabam cum eis. Ipse
namque quanto benignior fuit in parte nostra dissimulando. longani
mior ad priam expectando. promptior ad indulgendum. prior

Pars tertia.

ad grām pferendū: tanto tūc seuerior erit ad increpandum
grauior ad audiēdū et iplacabilior ad puniēdū. Vñ ait isa.
xxiiii. Tacui. semp filui. patiens fui. q̄si pturiens loquar. O
qs faciē eius poterit sustinere? quis increpatōes audire? quis
tonitrū magnitudinis eius intueri? Ait iob: O q̄amara/q̄
horrenda/q̄ medullar̄ cordis penetratiua erit vox illa. Ait
eni apl̄s hebre. iii. Viuis est sermo dei et efficax et penet-
biliō gladio acīpiti: ptingēs vſq; ad diuisionē aie ac spūs
cōpāgū quoq; ac medullar̄ et discretor cogitationū cordis.
Oia enī nuda et aperta sūt oculis. Sed sicut ipemēt ait mat.
xxv. Ante increpaciones reprobor̄ pmittet laudes et pco-
ma beator̄. Tūc dicet rex his qui ad ex̄tris eius erūt: uenite
bñdicti patris mei possidete ppatū vobis regnū a pstitutiōe
mūdi. Esuriui enī et dedistis mihi māducare. sitiui et dedi-
stismihi bibere z̄c. Postmodū increpatōes pfert reprobor̄
.d. Esuriui et nō dedistis mihi māducare. Hic aut̄ sciēdū q̄
iudex iproperabit eis /nō solū mala que fecerint: locuti fue-
rint: aut etiā cogitauerint: verūetiā z bona q̄ omiserunt aut
neglexerūt: sed et bñficior̄ suor̄ oim imensa multitudinē q̄
ingratus suscepérint quibus abusi fuerit que neglexerint/cō-
templerint/aut abiecerint. Castigatōes/medelas atq; innu-
mera remedia quibus curari debuerunt: et non sunt curati.
Creauit vos iquiet ad imaginē et similitudinem meā et vos
eaꝝ nequiter pphanastis. Angelor̄ meor̄ custodiā dedi vo-
bis et vos eaꝝ ptementes: monitis eoꝝ contraria opari mi-
nime timuistis. patriarchas pphetas et apostolos misi vobis
cōmonendū vos quos audire rennuistis. Insup cum in for-
ma dei essem hanc fui formā ppertos in mundūveniēs ac-
cepi. in qua. xxxiii. annis vobis seruiens salutē vestrā curio-
se pcurare nō rēnui/opando/diſcurrēdo/pdicādo/ieiunādo/
pnocando: sustinēs in factis meis obseruatorēs in dictis cō-
tradictores et murmuratores. In hac quoq; forma provobis
traditus fui/venditus/ligatus/et consputus/velatus/faciem
colaphis celsus. flagellatus. spinis coronatus. mendaciter ac
eiusatus. morte turpissima condemnatus. derisus ab omni-
bus. felle et acceto potatus. mortuus. lanceatus. paradisum

(Pars tertia.

62

vobis aperui grām meā obtuli: sp iuuare vos paratus fui.
regni mei glam reprobasti non coegi vos : sed libertatē spūs
vobis dedi: amore solūmodo et voluntate bonā avobis req-
uiui. Quid vltra debui vobis facere et nō feci. Dicite mihi pec-
catores passibiles et mortales : quid passi estis ppter me crea-
torē et saluatorē vestrī qui cum impassibilis et imortalis es
sem: passibilis et mortal is ppter vos factus sū oīno passionē
et mortē sustinui. *¶ S. viii.* *A* duertendū est tñ q̄ tā in cō-
mendatione bonor̄ q̄ abiurgatione malor̄ sola opa miseri-
cordie memorans. nō quia de solis illis iudiciū teneat: sed vt
se pñū ad remunerandū ostēdat: magis opera mie q̄ iustitie
uel alterius virtutis cōmemorat. Si enī opera tam facilia et
ad q̄ ratio naturalis inclinat tanto premio remunerabit: q̄
to magis ea q̄ sunt difficiliora. Item ut oīdat q̄ quicunq̄ sal-
uabitur magis ex dei mia q̄ ex suis meritis saluabif: etei q̄
solū miā fecerit: miā concedef. In redargutione malor̄ si
militer sola imisericors auaritia memorat. p̄movit oīdaꝝ q̄
impī nō sunt digni mia qui miā nō fecerūt. quia sicut ait
Iaco. ii. Iudiciū sine miā fiet illis q̄ nō fecerunt miā. Itez
ut cum cumulū diuine mie suscepérint iuste de tanta ingra-
titudine arguenf: qui uel minima mie opa nō fecerūt. Item
opera mie omissa aggrauat rigore iustitie. Pensandū est au-
tem q̄ si damnaꝝ qui sua non dedit: q̄to iustius qui rapuit a-
liena. Vtrū aut̄ illa disceptatio sit vocalis vel tm̄ mentalis:
Respondent aliqui q̄ erit mentalis tm̄: quia si singuli iudi-
carentur vocaliter longissimū tempus requireretur. Alii di-
cunt q̄ illa erit et mentalis et vocalis. quia christus iudicabit
interius ut deus: ideo iudiciū erit métale. et iudicabit ut ho-
mo et in forma hominis: ideo erit vocale. quia tñ fiet modo
diuino eo q̄ vniuersitatis conscientia accusabit se in particu-
lari de singulis. et fiet modo hūano: quia om̄s in generali iu-
dicabunt iudicio vocali: ideo nō oportebit q̄ longo tempo-
re ptendatur.

Sermo. iii. de snie platiōe: ptinens S. viii.

D Ost citationē peremptoriā mortuor̄ disceptationē di-
scussoriā meritor̄: restat audire sententiā singulorum.

Pars tertia.

Ad hoc enī fiunt citatōnes et meritorū discussiones in iudi-
ciis ut a iudice sententia p̄ferat, et vnicuiq̄ fm merita repē-
datur. Ait enī sap. puer. xxvi. Iudicium determinat causas
nimiriū iudicialis sententia reformat pacem in litigiis. im-
ponit finē in flagiciis. certitudinē prebet in dubiis. Audias
ergo sententia summi et eterni iudicis cum reverentia & tre-
more. audias cum diligentia et amore. Hic aut̄ debemus ad
uertere q̄ extrema iudicis nostri sententia bipertita est: ut
fm differentiam meritorum in iudicatis inuentā: fiat diffe-
rens retributio premiorū uel inflictio tormentorū. Primo nā
q̄ describis sententia delectabilis, desiderabilis, et amabilis
in honorē et gloriā beatorū. cū dicis veite bñdicti r̄c. math
xxv. Secundo p̄fer sententia terribilis, horribilis, ac intole-
rabilis in dolorē et exterminiū reprobōrū. Et recte primo p̄
fer sententia de glorificatōne bonorū. nam summi iudicis
bonitatē magnificā et largitatē munificā magis decet p̄fer-
re stipendia q̄ inferre supplicia. **Paragra. i.** Dicit ergo
venite benedicti r̄c. et sunt hic quatuor attendeda totis pre-
cordiis et totis nīsibus appetenda, videlicet electorū cōmen-
datio gratiosa: cū dicit benedicti patris mei. Secundo inuita-
tio amarosa: venite. Tertio inuestitio fructuosa: posside
te. Quarto possessio gloria: p̄paratum vobis regnum. Pri-
mo liquidē electi ab ipso iudice cōmendant: cum dicit bene-
dicti. O cōmendatio gaudiosa et amabilis: dulcorosa et ho-
norabilis a iudice qui non mentit: non blandit: nec fallit cō-
mendari. Vnde dicit illis illud psal. Benedicti vos a domi-
no qui fecit celū et terrā. **Paragra. ii.** Secundo cōmen-
dati curialiter inuitant: cum dicis venite. O inuitatoriū gra-
tiosū, amarosum, et gaudiosū inuitatoriū: nulla dēsignati-
one spēnendum: nulla pigritia negligendum: nulla obliu-
ione delendum: sed omni affectione appetendum et tota intē-
tione querendū. Vos inq̄ qui fuistis humiles serui mei: mihi
humiliter obsequēdo milites strenui p̄ me viriliter susti-
nendo. fideles amici sinceriter diligendo. fratres carissimi
mihi p̄formiter uiuendo: uenite inq̄vt reficiamini: ut hono-
remini: ut mibivni amini sicut mēbra capiti: sicut ramī sti-

Pars tertia.

63

piti. sicut amici amico dilectissimo. sicut sponsa spōso dulcifimo. Vnde math. xxii. curialiter nos iuitat ad nuptias di cēs. O. nnia parata sūt venite ad nuptias. Et apo. vlti. et spōsus et sponsa dicuntveni. et qui audit dicatveni. q.d. Et chri stus sponsus et tota celestis curia amicabiliter iuitat ad nu ptias: cuilibet nostrū dicensveni. Et qui istā iuitationē au dit non debet esse contentus q̄ solus veniat: sed aliis dicat veni. **Paragra. iii.** **T**ertio iuitati actualit̄ vestiū: cū dicis possidete. i. in hereditatis vestre vobis frequenter pmis se. diu. plate. ardēter p̄cupite. humiliter requisite possessionē actualē: intrate/ingredimini et possidete eam. Vn̄ cuilibet amico suo dicet dominus in morte illud deut. ii. Incipe pos sidere terrā. **Paragra. iii.** **Q**uarto iuestiti introduci tur cum dicitur: regnū quod vobis paratū est a cōstitutione mundi. Hec est possessio gloria: ideo puenient regni noīe designat. De quo dicit̄ sapi. iii. Accipient regnū decoris et diadema speciei de manu domini. Vnde i iudicio dicit eis vos estis qui permanistis mecū in tentatiōibus meis/et di spono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū ut edat et bibatis super mensā meā in regno meo. lu. xxii. De huius regni adeptione recognitionē faciunt omnes sancti et grās agunt christo dicentes illud apo. v. Redemisti nos domine in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natio ne/et fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes: et regnabim us sup terrā. O q̄ gloriōsū est regnū in quo cum christo re gnant omnes sancti. Sed hec in generali dicta sufficiant. q̄a in speciali plura dicere p̄ponimus cū agemus de gloria beator. **Paragraphus. v.** **S**equitur sententia de condemna tione reprobōr̄ cū dicit. ite maledicti in ignē eternū qui p̄atus est diabolo et angelis eius. Ibi primo describit̄ impiōr̄ exprobratio maledicti. scđo ip̄or̄ p̄demnatio/ite in ignem eternū r̄c. Primo iḡis ponit̄ exprobratō ignominiosa. Quāti quippe honoris et preconii a sūmo iudice cōmendari: tan te p̄fusōis est et opprobrii ab ip̄o exprobrari. De hac male dictione dicit̄ eccl. xli. Ve vobis impius qui deliquis̄ legē aliuslimi. qm̄ si nati fueritis: in maledictione nascemini. et

.I.i.

Tertia pars.

mortui si fueritis in maledictioē erit pars vestra. O q̄ inestimabilis et intolerabilis erit p̄fusio in cordibus sume supbis ab ore tanti iudicis in p̄spectu multitudinis infinite maledictioē iacula sustinere. inflatus nēpe sp̄us hoīs adhuc in carneviūtis plus eligeret et tolerabilius sustineret valde graui sensibili pena q̄ maledictioēbus et opprobriis obiurgari.

¶ §. vi. **¶** Post maledictionē p̄fer p̄dēnatio ad penā sensus cū addit i ignē eternū. separatio a dei et scōr̄ p̄sortio: et cruciatus eternus in inferno. Hec sūt securis et ignis de q̄bus dī math. vi. Ois arbor q̄ nō facit fructū bonū: excideſ et i ignē mitteſ. Quaꝝ penaꝝ priorē asserit ibi criso. esse tormentis oībus grauiorē. Horrendū est inquit illud suppliciū et res in tolerabilis: tñ si decē milia iehēnas ponat aliquis: nihil tale dicturus est quale est ab illius glie beate pcelli honore et xp̄o exosū esse. His ergo qui regno celor̄ iudicabunf indigni (sic dicit greg. nazarenus) erit hec grauior oī pena q̄ p̄cientur a deo: et pudor atq̄ p̄fusio p̄scie eor̄: cuius finis uel remedium nusq̄ inueniſ. Itē btūs greg. in omelia de virginibus ait. O si sapere possit quis palato cordis quid admiratiōis habeat: ecce sponsus venit. quid dulcedinis: et q̄ parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. quid amaritudinis: et clausa est ianua Ianuā ei glorioſi regni aditū intellexit: qui post iudiciū nulli patebit. Tūc siquidē apparebit illius severitas magna: cuius nūc est mia. Nemo scit q̄ districte iudicat: et q̄ seuere punit. Illud iudiciū timens psal. dicebat. Non intres in iudicium cū seruo tuo dñe: quia nō iustificabis in p̄spectu tuo oīs viuens. Multi nunc iusti credunf et se bonos arbitranf: qui tunc reprobi inuenientur. Multa nūc bona et meritoria reputantur: que tñ ad examen diuini iudicii deducta manifeste patebunt esse peccata. Multaq̄ nunc leuia iudicanf: que appensa libra iustitie importabiliter grauia videbunf. Vnde. i. pe. iii. Si iustus vix saluabif: impius et peccator ubi parrebunt? **¶** Para. vii. **¶** O examen horrendū. o tremendum iudiciū. o finia diffinitua modis omnibus metuēda. momētis omnibus expectāda. ac totis viribus declināda. Tūc enim quis eam audebit audire: quis eam poterit expectare. postre

Tertia pars.

68

mo quis ea poterit sustinere. illa cū plata fuerit nulla potētia poterit infirmari. nulla sapiētia reuocari. nulla p̄ce. nullove p̄cio poterit mitigari. nec ab ea ad aliū iudicē poterit appellari. ber. Veniet qui male iudicata reiudicabit. male iurata cōfutabit qui faciet iudiciū iniuriā patientibus: et arguet in equitate p̄ māsuetis terre. veniet p̄ certo qui per pp̄hām mūnatur: cum accepero tps ego iusticias iudicabo. Quid faciet de iniustis iudicis qui etiāz iusticias iudicabit. Veniet inq̄ dies iudicii vbi plusvalebunt pura corda q̄ acutaverba: et cōscientia bona q̄ marsupia plena: qñ quidē iudex ille nec falletur verbis. nec flectet̄ donis. Hoc pensandū est q̄ iudex ille iustissimus nulli parcer. nulli deferet. nullūq̄ palpabit. nō ei subtrahet p̄sonā cuiusq̄ qui est oīm dñator. nec vlliū verebit magnitudinē. qm̄ pusillū et magnū ipse fecit. et equaliter cura est illi de oībus. Hoc tñ saluo q̄ exiguo pcedet̄ mīa. potētes aut̄ potenter tormenta patient̄. fortioribus enim fortior instat cruciatio. zelus et furor viri nō parcer in die vindictae. nec acquiescat cuiusq̄ precibus. nec recipiet p̄ redemptiōe dona plurima. puer. vi. **Paragra. viii.** Eya frātres carissimi timeamus illam lētentia: caueamusq̄ totis nīsibus ne incidamus in eam: quia horrendū est incidere in manus deiuiuentis. hebre. x. Curramus ad curiā mie p̄donātis ante q̄pueniamur ad curiā iustitie punientis: scdm̄ p̄siliū apli ad he. iii. Adeamus cū fiducia ad thronū gratie: ut mīam cōsequamur et grām inueniamus in auxilio oportuno. Vnde bīus aug. ait. mie tps nūc est: iustitie tps post erit. Vñ tpus mie vocat mō auersos. donat pctā puersis. patiens est super p̄tōres donec querant̄. qñcunq̄ querunt̄ p̄terita obliuiscit̄. futura p̄mittit. hortat pigros. p̄solat afflitos. docet studiosos. adiuuat dimicātes. neminē deserit laborantem et excludantē ad se. donat vñ sibi sacrifice. ipse tribuit vñ placetur Magnū mie tps nōvos trāseat frēs. nōvos trāseat. futur̄ ē iudiciū: erit tūc p̄nia sed infructuosa. sap. v. Dicēt ip̄t intra se p̄niā agētes et p̄ agustia sp̄s gemētes. Tūc iudex a se ueritate sua flecti nō potit. nec eius s̄nia imutarivalebit. nūc autem p̄nis ad mīam. incōparabiliter plus desiderat grām I. li.

Tertia pars.

suā dare q̄ nos recipere. plus p̄ctā nostra remittere q̄ nos di-
mittere. uel de illis peitere velim⁹. Si aut̄ aliq̄n iuste peccat⁹
nostris irascit⁹ et tanq̄pius p̄ filios delinq̄ntes punire volue-
rit. nihilominus tñ multa facilitate placat⁹. Legimus enī q̄
moysē p̄ filios isrl̄ punire volentē detinuit. aaron iā peniten-
tem cōpescuit. dauid angelū p̄cutientē pp̄lm hūilitate pla-
uit. Ezechias s̄niā de morte sua reuocari lachrymis iptra-
uit. Niniuitaꝝ pn̄ia s̄niā de exterminio ciuitatis iā pmul-
gatā reuocari p̄meruit. Quid plura? ante t̄ps deficiet q̄ om-
nia exempla huius enarrare possemus. quin quotidie infini-
tis modis dei m̄iam expimur. Nouit deus mutare s̄niā si-
tu noueris emendare delictū. ait ambro. Cauemus tñ fra-
tres carissimi ne diuina clemētia abutētes et impunitatē no-
bis fatua temeritate et p̄sumptuosa fiducia p̄mitētes: i pec-
cator⁹ sordibus maneamus: et dei m̄iam in seueritatē iusti-
tie pueramus. Nā q̄to mia dei nobis est largius p̄parata: tā
to districtius et implacabilius seuiet eius iustitia puersis no-
stris operibus et ingratitudine puocata. sicut ait apl̄s ro. ii.
An diuitias bonitatis eius patiētē et lōganimitatis p̄tēnis
An ignoras q̄ benignitas dei ad pn̄iam te adducit? fm̄ at̄t
duriciā tuā et cor impenitēs thesaurizas tibi iram in die ire
et reuelationis iusti iudicii dei.

Sermo. v. de s̄nie executiōe: p̄tinens c. iii.

Post citationē cūctor⁹: p̄gregationē citatorū: post disce-
ptionē et discussionē plenariā meritor⁹. post platā sen-
tentiā fm̄ exigentia discussor⁹. iam nō restat aliud nisi actu-
alis executio iudicialis s̄nie ut recipiat vnuſquisq; pena uel p̄
miū p̄ suor⁹ qualitate factor⁹. **¶ 14** Nō enī estimandū ē
q̄ in illa curia sumi regis ita fiat sicut fit in aliquibus curiis
p̄ncipū mūdanor⁹: in quibus aut veritas nō inquirif aut in-
quisita tacef et sub aceruo pecunie sepelif. aut s̄nia nō pfertur
aut saltē in tempora multa differf. Sed non sic impii nō sic
faciet iustus iudex. de quo scriptum est isa. xvi. Sedebit iudi-
cans et querens iudicium et velociter reddens quod iustū est.
Vnde velociter reddet vnicuſq; quod iustum est. quia pfecto

Tertia pars.

67

immediate post platā sūniā btōs cū iubilo deducet in glām:
et reprobos a facie sua plectos sīl deuoluet et p̄cipitabit pari
ter in iehennā. sicut dicit̄ math. xxv. Ibūt hī i suppliciū eter
nū. s. reprob. iusti aut̄ invitā eternā. **¶.ii.** **In disceptati**
one fit ordo p̄trarius. quia iudicis sūme boni ppriū est prius
recordari bona facta bonoꝝ q̄ maloꝝ: postmodū vero i exi
tu vtrūq; prius noīat penā maloꝝ ut nos p̄us q̄ timoris sūt
mala deuitare discamus: postmodū vero q̄ sūt honoris bona
appetere studeamus uel . quia reprob̄i ex p̄digno p̄dēnatiōis
sue supplicia meruerūt. electi vero glām ex dei mīa potius
quā ex meritis obtinebūt. Itē quia p̄us volet purgare mundō
reprobos expellendo. om̄sq; mūdi totius feces et fetores ac
elemētoꝝ oīm purgamenta cū eis in baratrū deuoluendo:
ut illis electis mūdus pulcher et mūdus remaneat: ad p̄sola
tionē electorꝝ in nouā pulchritudinē innouādus. sicut infra
declarabī. Hic aut̄ sciendū est q̄ ignis ille p̄flagratōnis quo
mūdi facies purgabī: ut dictū est faciē iudicis antecedet. si
cūt ait psal. Ignis aī ipsū aīcedet et p̄comitabī. sicut ait idē
Ignis in p̄spectu eius exardescet. et sequēt quia plāta sūnia cō
tra malos. Ite maledicti in ignē eternū. Ille tpālis ignis ius
sū iudicis q̄si flatu potenti repentinō et rapido: sīl inuoluens
reprobos demerget pariter in infernū. O q̄tus luctus oīm. q̄
tusvlulatus et gemitus. q̄ta doloris acerbitas. q̄ta et q̄ ineffa
bilis calamitas reproboꝝ: in actuali et eterna separatione a
glāha et glōso p̄sortio beatorꝝ: quā tūc quidā videbūt ut sciāt
q̄ et q̄ta pdiderāt: ea nunq̄ in p̄petuū aspecturi: sed inestima
biliter plus dolebūt de tāvili electione et separatiōne p̄petua
p̄sortio et aspectū diuino/tāq̄ videlic̄ de irrecupabili amī
sione sūmi boni. **¶.iii.** **Et aduerte q̄ cū deus magis sit i**
timus aīe q̄ ipsamēt sibi ipsi: ac totū bonū aīe magis sit ipse
q̄ ipsa sibi: dolorē incomparabiliter acriorē sentit anima cu
iustlibet in separatione sui a deo q̄ si ipsa discinderetur et a se
ipsa violenter si esset possibile secaretur. ac plus vellet totū
bonū suū perdere q̄ bonū diuinū. hoc est plus appeteret non
esse simpliciter: q̄ sic esset. Rursus cum de amissiōe alicuius
boni tantus debeat esse dolor quantū est de eius adeptione

I.iii.

Tertia pars.

gaudiū. Profecto tam ineffabilis et inestimablis erit dolor
in reprobis de eterna a deo separatione: quantū ineffabile et
inestimabile gaudiū erit in beatis de eterna dei visione. De
quo gaudio dicit apls. i. ad cor. iii. Que oculus nō vidit/nec
auris audiuit. nec in cor hominis ascendit que p̄parauit deus his
qui diligunt eū. Deniq; cū deus sit summū imensū et infinitū
bonū: de eius amissione debet esse summus dolor in re
probis: et esset imensus et infinitus si ad infinitū posset esse in
creatura. sed hoc esse nō potest: sed est in eis q̄tū potest eas capa
citas p̄tinere. Diabolus ergo cū toto corpore suo. i. multitudine
innumerabilium omnium reproborum subito demergens et precipitabili
in infernum: sicut ait gre. in moral. exponēs illud Iob
Cūctis vidētibus precipitabili. quia eterno iudice tuī terribiliter
apparēte astātibus legionibus angelorum assistēte cuncto mi
nisterio celestii potestatū: atq; electis omnibus ad hoc specta
culū deductis: ista belua crudelis et fortis. i. diabolus in me
diū captiuā deducit et cū suo corpe. i. reprobis omnibus: eter
nis iehēne incēdīs mancipat: cū dicīt. Ite maledicti in ignē
eternū. O q̄le spectaculū illud erit q̄n hec imanissima bestia
electorum oculis ostendit: q̄ hic tpe bellī nimis illos terrere potu
erat si videref. Sed occulto ac iusto dei iudicio hoc agit: ut
et nūc p̄ eius grām nō visavincat a pugnātibus: et tuī a letis
victoribus iam captiuā videat. Tuī autem iusti diuino adiuto
rio q̄tū debitores sunt plenius recognoscunt: q̄n tam fortē be
stiā viderint quā tā infirmi vicerunt: et in hostiis sui imani
tate p̄spiciunt: quantū debent gratie defensori suo. Redeunt
enī de hoc p̄lio tuī milites nostri: virtutū trophea referētes
et receptis corporibus cū iam in illo iudicio celestis regni in
troitu sortiūt: prius imanissimas vires huius antiqui serpē
tis aspiciūt: nō vile estiment qd̄ euaserūt.

Sermo nonus de statu mundi post
iudicium: p̄tinēs paragraphos. lxxii.

Deracto iudicio natura humana in suo termino constitueſ
et ideo esse incorruptibile sorcietur. Quia vero omnia
corporalia quodāmodo sunt ppter hominem: quemens erit vt
status omnium corporalium imutet: ut p̄gruat homini statui qui

Tertia pars.

66.

tunc erunt. **¶** Paragra. primus: q̄ post iudiciū cessabūt generatio et corruptio. **¶** Quia igit̄ multiplicatio homin̄ est ppter complendū numerū electorū qui precipue sunt de intentione diuina/nec ponunt in numerū in ordine vniuersi. Ideo cōpletō numero electorū cessabit hominū multiplicatio: et sic cessabit generatio et corruptio hominis. et p psequēs cessabit in oībus creaturis. Et quia motus celi est causa generationis et corruptionis in istis inferioribus. Ideo etiā motus celi cessabit: quo cessante et generatione et corruptione cessante: creature incorruptibiles et q̄ aptitudinē h̄nt ad ppetuitatem post iudiciū remanebūt. **¶** Para. ii. que creature manebunt post iudiciū et que nō. **¶** Sciendū est aut̄ q̄ quedā creature habent aptitudinē ad ppetuitatē scdm totū et scdm partem: ut corpora celestia. Quedā scdm totū et nō scdm partē ut elemēta q̄ sūt corruptibilia scdm partē. q̄a ppter p̄trarias qualitates est in eis mutua actio et passio: et p pseq̄ns generatio et corruptio in pfiniis eorū: et ideo in pfiniis suis corruptibilia sūt. Cessate aut̄ motu celi nō erit in eis mutua actio et passio. ideo nec corruptio. et ideo post iudiciū remanebūt. quedā aut̄ creare corruptibiles sūt fm totū et n̄ fm ptē: ut hō. nā aia rōnalis ē corruptibilē: cōpositū aut̄ corruptibile. Omnes igit̄ creare q̄ quō h̄nt aptitudinē ad ppetuitatē remanebūt in illo ultimō statu mūdi: deo suavirtute supplēte qd̄ eis ex sua infirmitate deest. Bruta igit̄ aialia et plāte et corpora mixta q̄ fm totū et fm ptē sūt corruptibilia: nullo mō in illo icorruptionis statu remanere debebūt. Sic itelligen̄ ēverbū apli. i. ad cor. vii. Prebit figura hui⁹ mūdi: q̄a vic̄ sp̄s hui⁹ mūdi q̄ nūc ē cessabit: sed s̄bā remanebit. Sic etiā itelligif illud iob xiii. Hō cū dormierit n̄ resurget donec atterat celū. i. donec ista dispositio celi cesseret q̄ cū mouet in aliis motū causat.

¶ S. m. de innouatōe mūdi. **¶** Si c̄ ait aug. iudicat̄ his q̄ nō fuerit inuēti in librovite: et in eternū ignē missis. figura hui⁹ mūdi ignium mundanorū p̄flagratione purgabif. sicut factō mundanarū aquarū diluuiō. Quasi quid conflagratione corruptibiliū elementorū qualitates ardendo penitus interibūt q̄ corporibus nostris corruptibilibus p̄gruebat atq̄ ipsa eorū

I. iii.

Tertia pars.

substâlia q̄litates illas habebit q̄ corpibus immortalibus mirabilis mutatiōe pueniat: ut videlicet mūdus in melius innouatus apte accōmodo def̄ hoībus, etiā carne in melius innouatos. Vñ vedit iohes sedentē in throno a cuius conspectu fugit celum et terra et mare iā nō est. q̄a pibūt hec scdm exteriorē faciē, nō scdm substâliam. Ante iudiciū quidē eorū fiet purgatio ab nfectiōe et corruptione quā ex pctis hoīm p̄traxerūt. Et quia ignis inter alia elementa maxie est actiūs et corruptibiliū p̄sūptiuus et sordiū purgatiūs. ideo p̄sūptio eoꝝ q̄ est post iudiciū remanere nō deberet. et purgatio totius mūdi pueniētissime fiet p ignē. Ceterū quia genus hūanū nō solū a corruptiōe liberabif: sed in electis gl̄ia vestief. creatura au tem corporalis scdm p̄gruentiā status finali disponef: ideo q̄li bet creatura corporalis nō solū purgabif: ut dictū est: verūtiā innouato hoīe innouabif. et hoīe gl̄ificato etiā suo mō quādam claritatis gl̄iam p̄sequef. Vñ apoc. xxi. vidi celū nouū et terrā nouā. Et isa. lxv. Ecce creo celos nouos et terrā nouam. et nō erūt in meōria priora et non ascendent super cor
¶ §. iii. in quo describis mūdi facies innouati. **C**onside remus si placet faciē et pulchritudinē huius mundi in melius innouati. Et sciendū est q̄ terra nō erit gibbosa uel mon tuosa: sed ad figurā sphericā reducef. Et quia nō erit amplius hoīm habitatio sup terrā: tota circūdabif aquis ut et elemē tum aque formā sphericā habeat: sic et aer et ignis formam sphericā habebūt et se mutuo continebūt. nec erunt in p̄finiis p̄fusa mel permixta. quia cessabit actio et passio ut dictū est Supposito igitur q̄ in elementorū purgatione quicquid grossus ponderosus et amplius tenebrosū erat in terra delcēde rit ifra in regionē inferni. In aqua frigidū glaciale et omis salredo et amaritudo et fluxibilitas. In aere grossicies omis mobilitas et oēs peregrine impressiones. In igne vero ardor et siccitas fuerint separata. Terra in superiori sui parte erit ut cristallus. Aque multo plus p̄spicue subtile et pure q̄ sint modo. Et forte tunc erunt similes celo aqueo. Aer vero purior/clarior/rarior. Et ignis similiter. In aere nō fient impres siones aliq̄e: ut pote/nubes/venti/roſ et pruina/niues et grā

Tertia pars.

dines/fulgura/et chorusationes/tonitrua/et tempestates/nec aliqua hmoi: sed ppetua serenitas/claritas/et tempies semper terna. In igne vero qui nūc vsq; ad diem iudicij calidus est et lucidus post illā innouationē mudi(ut ait basilius in exame non) lux separabis a calore. Ait enī in retributionib; delictor; rō nos secretior docet parciendā esse ignis naturā cui⁹ lux ad illuminandū iustos deputabif;. ardor aut̄ pficiet ad i pios pcremandos. Vñ ait psal. vox dñi intercidentis flāmā ignis. Hec ergo credit̄ esse facies huius mudi. Corpora vero celestia mirabili claritate fulgebūt. porro iuxverbū isa. xxx Erit lux lune sicut lux solis. et lux solis septēpliciter sicut lux septē dies. Totius aut̄ firmamēti facies luminosa creditur esse: sicut nūc sunt stelle. stellar; vero claritas in septuplū maior erit. Dicit autem ifido. q; nec sol nec luna postea ad occāsum sunt ventura: sed in loco in quo creati sunt sine fine manebunt. Vñ dicis abacuch. iii. Sol et luna steterūt in habitaculo suo: sol in punto orientis. et luna in punto occidētis. Vnde dicit̄ ifsa. ix. Non occidit̄ ultra sol tuus. Non ergo erit amplius diei noctisq; vicissitudo: sed erit vna dies nō habens vesperā/continua/semper clara q; nota est dño. Hec autē claritas et pulchritudo mirabilis non erit ad necessitatē. quia etiam omnes sancti fulgebunt ut sol. ut ait dñs math. xiiii. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. ppter qd̄ dicit̄ ifsa. ix. Non erit tibi sol ad lucendū/scz ad necessitatē: erit tamē ad universi decorē p̄solutionē et delectationē sanctor;: et creatoris laudē/gliam/et honorē. Vnde ifsa. lxv. post illud. Ecce creo celos nouos et terram nouā. Subditur. exultabitis et gaudebitis vsq; in sempiternū in his que ego creo. Hec de finali iudicio et statu mundi post iudiciū ad presens in generali et grossō rudiq; modo dicta sufficient. Nunc non restat nisi in speciali dicere de suppliciis reprobor; et gloria beatorum. et prius dicemus fauente deo de suppliciis reprobor;.

**Incipit quarta pars huius libri cō
tinens fmōes. v. p̄mus de diuersi
tate penar; ifernaliū p̄tinēs §.xxiii.**